

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Appianu Alexandreōs Rhōmaika

Continens earum Punicam, Syriacam, Parthicam, Mithridaticam, Ibericam,  
Annibalicam

**Appianus**

**Amstelodami, 1670**

Widmungsbrief

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1209](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1209)



CELSISSIMO ac PPOTENTISSIMO  
PRINCIPI,  
CAROLO  
SANCTA-MAVRO,  
DUCI MONTAUSERIO,  
PARI FRANCIÆ,  
REGIORUM ORDINUM  
EQUITI TORQUATO,  
NORMANNIÆ, INCULISMENSIS,  
SANTONIÆ, ALSATIÆ PROVIN-  
CIARUM PRÆFECTO,  
GALLIARUM DELPHINIS  
GUBERNATORI, &c.



UEMADMODUM illi, qui  
blandissimo Tuo congressu fruun-  
tur, postquam ab eo discesserunt,  
sentiunt idem sibi prope evenire,  
quod iis solet, qui intenti atque  
adeo inconniyentes in solis lumi-  
ne diu

## D E D I C A T I O .

ne diu hæserunt, quibus etiam longius digressis, caligant tamen adhuc oculi, nec vim pristinam obtutus facile possunt recipere. Sic nobis, Celsissime Princeps, longo licet regionum intervallo summotis, Tui nominis & uno omnium ore de prædicatarum virtutum splendor, assiduè obversatur, & dici vix potest, quantus nos rapiat animi excessus & divina quædam ἀνάγκη; remittentes animo tum ea quæ Tu incredibili animi magnitudine & prudentia, approbante etiam belli fortuna, perfecisti; tum vero cum rerum præclarissimè gestarum gloria conjunctam humanitatem, clementiam, bonitatem, affabilitatem, & eam, quam vix Latinè interpretamur, εὐεγοσίτιαν: cum scilicet Te adeo submittere soleas, ut omnibus qui salutare Te desiderant aditus facillimos præbeas, eosque non pro amplitudine Tuæ Celsitudinis, sed pro modulo accedentium imbecillitatis excipias. Quin etiam ut eosdem ad recta studia acrius tuo exemplo inflammes, interiores sæpe literas, & quæ ad Politicam, & Historiam atque adeo universam Philologiam pertinent, tam graviter, tam doctè, tam eleganter pertractas, ut qui Te differentem audierit, non satis possit admirari, quomodo Principi, cujus humeris pro justa parte salus publica, maxima rerum moles, tot Provinciarum cura, denique in spem regni succrescentis DELPHINI moderamen, incumbit, ad ea reminiscenda vel otium suppetat vel

memo-

DED

memi. Sed ita est  
 nam persuasione,  
 nam arum, ve  
 nam prudenter a  
 poia sunt, & mag  
 que nulli, qui  
 dit non aliis fundam  
 pas molebantur mo  
 que causis, Celsiss  
 religione Te jam du  
 om APPIANO A  
 cius Romanz pu  
 nobis donato, Patro  
 Primus Tu, cujus  
 commendare  
 tum in finem,  
 udini Tuæ ita esse  
 uale vocatur, que  
 ratione reuelli, aut  
 consecrata sunt, res  
 Celsissime Princeps  
 rone accipias, & n  
 tum adherentes  
 cas. Sic Deus Ope  
 & privatam fortun  
 magis & magis enu  
 stantiam Tuam si  
 tu complectatur, &  
 qua & natalium splen

## D E D I C A T I O.

memoria. Sed ita est profecto, non in inani hominum persuasione, sed in optimarum & pulcherrimarum artium, totiusque antiquitatis cognitione rerum prudenter ac feliciter agendarum seminaria posita sunt, & magni ac præcellentes Viri, Tibique simillimi, qui terrarum olim imperio potiti sunt, non aliis fundamentis nitebantur, aut rerum quas moliebantur magnitudinem sustinebant. His igitur causis, Celsissime Princeps, permoti, summa religione Te jam dudum venerati sumus, & nunc cum APPIANO ALEXANDRINO, Scriptori, cui res Romanæ plurimum debent, nova veste à nobis donato, Patronus pro more quærendus esset, Primus Tu, cujus illum auctoritati ac patrocinio commendaremus in mentem venisti; eum potissimum in finem, ut publicè constaret, nos Celsitudini Tuæ ita esse dicatos, ut solent quæ *ἀναθήματα* vocantur, quæ nulla expiatione aut exauguratione revelli, aut in alios usus, quam in quos consecrata sunt, revocari possunt. Tu tantum, Celsissime Princeps, munus hoc nostrum serenâ fronte accipias, & nos devotissimum erga Te animum afferentes tua gratia & favore dignos ducas. Sic Deus Opt. Max. omnia tua acta publicè & privatim fortunet: sic gloriam tuam indies magis & magis etiam ad invidiam augeat: sic Te ac Familiam Tuam singulari divinâ suâ benevolentia complectatur, & dignitatem hanc Tuam, in qua & natalium splendor & summa virtutum me-

# DEDICATIO.

rita Te posuerunt, universæ Gallix faustam ac felicem esse patiatur. AMSTELODAMI Idib. Februar. clc lcc LXX.

*Celsitudinis Tuæ Humillimi  
Clientes*

JOH. JANSSONIUS à WAESBERGEN,

*Et*

JOHANNES à SOMEREN.

ΑΠΠΙΑ